

GK.211. 29

N. 3

X 2044680

R.K.  
211.

Zb  
4197

# COLLOQUI VM

M. ALBERTI GRA  
VVERI RECTORIS SCHO  
læ Eislebiensis.

ET


M. VVOLFGANGI AMLINGI  
PASTORIS SERVESTANI, IN ARCE  
Schochyvitz Anno 1604. habitum: primū ab  
ipso Gravvero bona fide consignatum  
& dein.

*Amore syncera & yvno:is Lutheranae veritatis, no  
tulis quibusdam adspersis, per studiosum quendam  
Theologie evulgatum.*



MAGDEBURGI,  
Excudebat Andreas Seydnerus, Impensis  
Iohannis Franci.

M. DC. IIII.



CLARISSIMO  
ET DOCTISSIMO VIRO  
DOMINO M. ALBERTO GRAVVERO,  
scholæ Eislebiensis Rectori solertissimo, syncerioris  
Theologiæ & purioris philosophiæ assertori & propu-  
gnatori eximio, amico & fautori meo, plu-  
rimum colendo salutem precor

M. I. VV. P. E.



Vod secunda iam vice, vir clarissime & Doctissime, amicè & fautor medullitus colende & a-  
mande, colloquium tuum cum Amlingo pastore  
Seruestano habitum, re inscio in aperiam prodire  
lucem patiar, non miraberis, ne dum indignabe-  
ris opinor, si causas iterare publicationis perspexe-  
ris. Experiit illud fuit à multis doctis & honestis viris, cum  
varijs hic locorum de isto hoc rupique sparsi & exemplaria IE N AE  
impressa omnia penitus ut ex Bibliopoli Magdeburgensi, qui hanc  
publicationem admodum apud me ergebat, intellexeram, diven-  
dita & distracta fuerant: Gloriabantur insuper, promere suo Cal-  
uinianæ fecis homines eorumq; patroni nimis Thrasonicè, de pal-  
ma in hoc colloquio ab Amlingo deportata: Nec deerant qui An-  
tagonistam tuum ad argumentum pro confirmanda carnis C H R I-  
S T I παταχσια rectè & probè respondisse garriebant quia scili-  
cerent ductū Pythagorici sui præceptoris, cui soli assurgunt & Py-  
thagoricum illud αὐλος ἕΦα attribuunt, beatis interim manibus  
clarissimorum Theologorum eam ex verbo Dei exiructata afferen-  
tium D. D. præserum IACOBI ANDREAE & AEGIDII  
HVNIQ; II de tota republica Christiana & ore & calamo præclare  
meritorum, dira & omnia infausta precantes frivolis & puridis  
suis φλυαγίαις impura fronte negare & oppugnare audent. Ut ign-

A 2

848

sur boni & pij viri veri sui compotes fierent, Calvinianis etiam impudens, maledicum & mendax os obstrueretur, viderent insuper & illi, qui libro concordiae ex limpidissimis ISRAELIS fontibus deducto, ab ea aeternum non discessuri calamo simplici subscriptisere, quam bellos & egregios, in hac controversia de negata CHRISTI Hominis omnipresentia habeant fraterculos, prae lo iterum per breve hoc colloquium committere, iudiciumq; penes quem victoria & vera sententia in eodem fuerit, pio candido & yrnois Lutherano lectori permittere volui. Tibi vero vir clarissime illud transmitto, ut perspicias in altera hac editione, nihil a me minutatum esse, quod cum prima tuaq; consignatione non consentiat, & palam fias nos loco disiunctos, animo & fide adhuc esse & permanere coniunctissimos. Hisce vale & gloriam Christi crucifixi ut cepisti, voce & calamo illustrare perge. Dabani. 14. Octobris Anno 1604.



Colle-



Colloquium M. Alberti Gravveri, & M.  
Wolfgangi Amlingi.



Icesimo quinto Februarii in cœna incipiebat Amlingus cum suo socio, qui aderat, Pastore Ballenstedensi, summopere conqueri de multis defectibus in Bibliis Lutheranorum, & imprimis proferebatur locus ex I. Iohann. 5. Tres sunt, qui in cœlo testimonium perhibent, Pater, sermo & Spiritus: Et hi tres unum sunt: quem totum omissum esse Pastor Ballenstedensis conquerebatur.

Amlingus frigidè excusare volens hunc defectum, dicebat Lutherum respexisse tum temporis solùm ad Erasmus, ideoq; excusari posse, quicquid ipsi à Pontificiis obiiciatur. Egò verò respondebam, Lutherum non respexisse ad solum Erasmus, sed etiam ad Græcos codices, in quorum plurimis hoc dictum non legatur, propterea quod olim ab Arrianis, quemadmodum ostendi possit, sit erasum, sicuti à Nestorianis dictum I. Iohann. 4. ut Socrates testatur. Dictum enim hoc vehementer impugnare Arrianismum, quod & August. lib. 3. adversus Maximum cap. 22. vehementer urget: & quamvis à Maximino fuerit obiectus, sequens versiculus eiusdem capituli, tamen omissa Augustini Responsione, aliquanto obscuriore, ex Græco textu facile responderi posse, cum in sequenti versiculo non legitur, ἐτοι ὅτι τρεῖς εἰν εἰσι, sed ὅτι τρεῖς εἰσὶ τὸ εἰν εἰσιν. Fortissimum itaq; locum esse contra Arrianos. Quapropter

A 3

me

me mirari, quod Calvinus contra Augustinum & alio-  
rum patrum mentem cum exponat tantum de testimo-  
**In Calvi-** num Arria- rum unitate. Respondebat Amlingus, illum locum plus  
nizantem! dicere, quam unitatem testimonii. Regerebam, Cal-  
vinum ideoq; hac in parte errasse, quod non negabat,  
**O sancte** **Calvine,** **Emò** aperte fatebatur Calvinum h̄ic errasse.

**quam duri-** Deinde cum Antitrinitariorum mentio fieret, quod  
**ter vapulas** negarent CHRISTVM pro peccatis nostris satisfe-  
**à tuo disci-** cisse iustitiae Dei, quærebatur Amlingus, quid responde-  
**pulo Am-** rent ad dicta illa evidentissima, Semen Mulieris conteret ea  
lingo. *pari Serpentis: Et, in semine tuo benedicentur omnes Gentes. Re-*  
**In Calvi-** spondebam, illos idem dicere & dicere posse quod Cal-  
**num iudai-** vinus: vocabulum Seminis esse collectivum, & de tota  
**zantem.** Ecclesia esse intelligendum, quod cum ex parte Amlin-  
gus concederet afferendo locum Rom. 10. Ego regere-  
bam quam primum Arrianis concedatur, hæc loca  
posse de Ecclesia intelligi, iam iam hæc loca nihil pro-  
desse contra illos, cum illi obiificant se non curare An-  
agogicam Calvini interpretationem de CHRISTO.

**Mirum non** Aiebat Amlingus, ad hæc iam respondisse Paræum:  
**si Amlingus** Subiiciebam, eundem iam confutatum ab Hunnio in  
**Calvinia-** Antiparæo, nec Calvinum vlla ratione excusari posse,  
**nus Calvino** cum Paulus ad hæc loca respiciens Gal. 3. de Christo hoc  
**sit contra-** Semen tantum interpretetur. Verum quidem esse,  
**rius, cum** quod Ecclesia suo modo etiam conterat potentiam  
**ipse Calvi-** Diaboli virtute Christi, quatenus ipsi à Christo effica-  
**nus secum** cia mortis & victoria ipsius communicatur. Sed hoc  
**dissideat,** ex his locis non posse immediatè probari: hæc enim  
**ut videre** loca tantum agere de ea contritione, quæ non nisi à  
**est in com-** men: suo Christo potuerit peragi, & tali benedictione, quæ non ni-  
**super 3. ca:** si à Deo promanet.

Gen. anno

Tandem

Tandem itaq; Amlingus fateri cogebatur omni- Christi,  
bus audientibus, Calvinum non posse in omnibus ex- 1583. Gene-  
cusari, quod idem fatebatur de loco Ioh. 10. Ego & Fater vae excuso;  
unum sumus, in cuius explicacione Calvinum similiter & in insti-  
tutione  
errasse largiebatur.

Præterea ubi mentio fiebat Antitrinitariorum & Christi: re-  
Anabaptistarum, quod parvi facerent Baptismum, ego ligio: anno  
subieci in illorum classe collocandos esse qui dicunt. 43. excuso  
Infantes baptizatos non credere, seu nullam habere fidem actua- ea. 6. de fi-  
lem: cum Baptismus sine fide nihil proficit: Sacraenta enim, de in ex-  
ipso Calvino in institutionibus lib. 4. teste, sine fide plicatione  
sumpta esse certissimum Ecclesiæ Exitium: Quapropter Symboli A.  
melius esse ut differatur Baptismus infantum, donec fi- rursus in  
dei essent capaces, & salutariter baptizari possint. Im- institutio-  
piam verò esse hanc sententiam, cum Christus dicat a- ne lib. 2.  
pertè, quod Infantes seu parvuli credant, quod etiam hoc ca: 13. sedl.  
Syllogismo evincebam:

Quicunq; Baptismum sine fide percipiunt,  
illis nihil prodest, teste scriptura, testibus ipsis  
Calvinianis.

At qui infantes percipiunt Baptismum sine  
fide, iuxta Calvinianos.

Ergo infantibus Baptismus nihil prodest,  
quod volunt Anabaptistæ.

Respondebat Amlingus: Infantes credunt, id est, pos-  
sunt credere seu habent dūam in fidei. Ego verò: Christus,  
non dixit quicunq; potest credere, seu qui habet dūa-  
m in fidei: sed qui credit is salvabitur. Deinde dixi ambi-  
guam esse illam locutionem, Infantes habere dūam in fidei.  
Si

Sienim intelligatur de duvāua remotâ, quæ tām Actui primo, quām secundo opponitur, ineptissimam esse resolutionem, perinde ac si quis dicat, *Ille est dives, licet pauper*, quia potest esse dives. Item, Si quis infantem in cunis iacentem dicat esse Doctorem, propterea quod possit fieri Doctor, cum illa potentia sit nimium remota, qua ratione & Turcæ & Iudæi ac omnes increduli credunt, ac fidem habent, quod verè ineptum, & nihil prodest ad Sacramentorum perceptionem, quæ requirunt Actu fidem, si debent esse salutaria. Si verò intelligatur de duvāua propinqua, quæ non Actui primo; sed secundo opponitur, & est ipse Actus primus, tum posse concedi illam locutionem, quamvis propter ambiguitatem sit vitanda, esse enim hunc sensum: *Infantes habere duvāuū fidei*, id est Actu primo revera credere, illuminari, à Spiritu S. habere notitiam Christi, & Christum apprehendere, quamvis opera fidei externa, & Actus secundus, seu operatio fidei externa in infantibus non appareant. Hic Amlingus (quamvis duvāuū antea alter fuerat interpretatus, dicendo *Infantes duvāua tantum habere rationem*, quod per absurdum refellebam monstrando hinc sequi, *Infantes non esse Actu, sed duvāua homines*, hoc Syllogismo:

*Quicunq; duvāua tantum habet rationem,  
quæ est forma substantialis hominis, ille duvāua  
tantum est homo.*

*At qui iuxta te infantes duvāua tantum ha-  
bent rationem, quæ est forma substantialis ho-  
minis.*

*E. Iuxta te infantes duvāua tantum sunt ho-  
mines.*

Absur-

Absurda conclusio : Ergo alterutra propositio. *Absurdissi-*  
Non *Maior*, quod patet ex mutua relatione effecti & *mum pro-*  
*causæ*. Ergo *Minor*, quod erat probandum. Item aliud *fectò Am-*  
*esse rationem, aliud ratiocinationem, seu operationem* *lingi absur-*  
*rationis: per rationem constitui hominem, non verò* *dum: Hel-*  
*per operationem rationis inculcabam,* tandem assen- *leboro opus*  
tiebatur, quamvis invitus & ipse vrgébat locum Marc.  
9. & cogebar afferere, *Infantes pertinere ad numerum cre-*  
*dentium, quia vrgébam immediatam divisionem cre-*  
*dentium, & non credentium. Turpissimè igitur sibi i-*  
*psi contradicebat, imò & Heidelbergensibus & Bezæ,* *Vides quor*  
*quorum Autoritate se non teneri aiebat, cum obiicie-* *sum tandem*  
*bam Heidelbergenses & Bezan nullam fidem sed tan-* *rapiantur*  
tum semen & radicem fidei infantibus largiri, cum ta- *Calviniano*  
men explicare nec possint, nec audeant, quid sit vel *æstro per-*  
semen vel radix fidei, nec *Christum* dicere eos sal- *titi:*  
*sum Calvi-*  
*nianorum,* *qualis erat*  
vari, qui habeant vel semen vel radicem fidei, *Vulpecula-*  
sed qui credant, & ipsam fidem habeant. Vrge- *rum Sam-*  
bam etiam contradictionem hanc, quod *Calviniani* *Zach. Vrsi-*  
quidem largiantur, *Infantes Spiritum Sanctum habere, nec* *nus Theo.*  
*tamen credere, cum tamen illa duo sint simul naturâ, vt* *Heidel.*  
*etiam Crellius Calvinianus in Logicis fatetur. Hic* *infantes*  
iterum respondebat, se illorum autoritate non teneri, *credere sed*  
se credere infantes Actu credere, Actu habere fidem, concedit  
quamvis explicari non possit, quomodo habeant, &c.

Deinde hac vespera fiebat etiam inter alia mentio  
*Ioh. 1. cap. In principio erat verbum, vbi ostendebam, quo-*  
modo cludent Antitrinitarii hunc locum, per princi-  
pium intelligentes initium prædicationis Euangeli, *inclinatio-*  
quam glossam eos confirmare dixi testimonio Marci & *ne, quid*  
*Lucæ 1. cap. qui aperte de initio prædicationis Euan-* *autem illæ*  
*gelii ad creden-*  
*dem sit, ne*  
*vniq[ue] iota*

*explicat in gelii loquuntur Hic Amlingus inscitè & imprudenter,  
comp: suo quoniam hanc perversam Antitrinitariorum glossam  
doct. Chri- aliter confutare non noverat, respondebat, æternita-  
stianæ Gr- tem non consistere in his verbis, In Principio: Sed in vo-  
neva anno cabulo E R A T. Ego ridendo confutabam hanc Am-*

*1589 excu- lingi responsonem hoc syllogismo:*

*so in loco  
de Bap. ca.*

*§. pa. 536.*

*Franciscus*

*Davidis in*

*colloquio*

*Transylva-*

*nico pag. g.*

*2. facie b.*

*Et Christo-*

*phorus O-*

*sterodus in*

*sua germana-*

*nica dispu-*

*tatione pa.*

*128.*

*NB. Mira-*

*bilis sane*

*syllogis-*

*mus, sed*

*eius stru-*

*cturam ut*

*vides, sup-*

*peditat*

*Amlingus.*

*Vbicung. legitur vocabulum E R A T,  
ibi intelligitur æternitas.*

*In 8. cap. Ioh. legitur vocabulum E R A T:  
Antequam Abraham erat.*

*E. ibi intelligitur æternitas.*

*Et per consequens, Abraham fuit ab eterno, quod absur-*

*dum.*

Absurda igitur alterutra propositio. Non Minor, quæ est scripturæ. E. Major, & per consequens tua solu-  
tionis non est vera, siquidem tantum Maiorem particu-  
larem, constituit in prima figura. Vbi videbat Amlin-  
gus suam absurditatem, inquietabat, omittamus hæc. E-  
go verò dicebam: Aliter respondendum erat, nec ne-  
gandum simpliciter in illis verbis, In principio, non con-  
sistere nervum argumenti nostri contra Antitrinitari-  
os: In tota enim locutione, consistere nervum argu-  
menti, & glossam Antitrinitariorum ex contextu solvi  
posse monstrabam. Atque hac vespera sermo finieba-  
tur de rebus Theologicis, & tantum politica tracta-  
bantur.

## *VICE SIMO SEXTO F E- bruarij.*

**R**Ogatu Nobiliss. Schulenburgii ingrediebamur  
templum audiendi solum causa, quia intelligeba-  
mus

mus Amlingi discipulum, certè infelicem creaturam,  
concionem habiturum, quod & factum. Tractabat au-  
tem Pericopen Euangeli ex Matth. II. cap. quæ in festo  
Matthiæ Apostoli declarari solet. Mirum ibi Chaos au-  
diebamus: in qua concione ad minimum hæc duo ob-  
servabam nostram religionem impugnantia: *Christus est*  
*Deus, quia Omnipotens: Omnipotens, quia datus sunt ei à patre o-*  
*mnia Matth. II.* quod dictum cum loquatur de datis in-  
tempore, invehit hæc probatio Arrianismum. Alter-  
rum: *Christus non est ubiq, quia progressus est de loco in locum &c.*  
*Et si Christus rum, quando Ierosolymis passus est, fuit Romæ, Athe-*  
*nis &c. erupia est nobis omnis consolatio.* Nullam verò adde-  
bat coniequentiæ rationem. Finita concione roga-  
bar à Nobiliss. Schulenburgio, ut placeret iste concio-  
nator: Ego respondebam, non solum esse hominem  
Calvinianum, sed insuper insulsum & indoctum, quod  
nullam adhibuerit vel dispositionem, vel explicatio-  
nem textus in sua concione.

In prandio rursus fiebat mentio Antitrinitario- *Amlingus*  
rum, ubi inter alia Amlingus dicebat, eos imprimis in *inscius in-*  
*illo errare, quod collocent hypostasin extra essentiam,* *star car-*  
*cum tamen hypostasis non possit esse extra suam essen-* *phe veri-*  
*tiam: Ego inox assensum præbebam dicendo, me etiam* *tatem ap-*  
*firmiter credere, quod hypostasis nec sit, nec possit esse* *xit.*  
*extra suam sententiam, seu hypostasin non esse extra id,*  
*cuius est hypostasis, implicare namq; contradictionem:*  
Amlingus, qui meam intentionem ignorabat, rursus  
suo calculo, repetitis iisdem verbis meam sententiam  
approbabat: Existimabat namq; me tantum in con-  
troversiam Antitrinitariorum respicere, nec animad-  
vertebat, se propria sua vineta cädere. Ego verò hac  
propositione concessa sic arguimentabar:

B 2

Nulla

*Nulla hypostasis est extra suam Essentiam, neq; ex-  
tra id, cuius est Hypostasis.*

*At qui Hypostasis Filij Dei est etiam Hypostasis car-  
nis Christi.*

*E Hypostasis Filij Dei non est extra carnem  
suam.*

Maiorem inquiebam concessisti : Minorem negare non potes, nisi velis dicere carnem Christi habere propriam hypostasin, quod Nestorianum, vel carere omni hypostasi, quod est iterum absurdum, & negare unionem personalem. Si autem hypostasis Filii Dei non est extra carnem suam. E. Vbicunq; hypostasis Filii Dei, ibi etiam erit caro ipsius. At qui hypostasis Filii Dei est vbiq;. E. etiam caro ipsius erit vbiq; : Hic hærebat Amlingus, volebat in genere respondere, sed nolebam ei hoc permettere : vrgebam namq; vt Syllogistice respondereret, vel ad Maiorem, vel ad Minorem, vbi varia effugia quærebant, quæ omnia reiiciebam, vrgendo responsionem categoricam ad alterutram propositionem. Tandem igitur corrigere volebat. Maiorem propositionem, quam tamen antea simpliciter concesserat, dicens se concessisse, hypostasin non esse extra suam essentiam. Ego acceptabam dicendo, hypostasin modo post incarnationem etiam esse hypostasin carnis suæ, & carnem iam esse suam propriam carnem, quam sibi propriissime & unitissimè appropriaverit. Quapropter cum caro sit ipsius propria caro, & hypostasis τῆς λόγου sic etiam carnis suæ hypostasis, hypostasis autem non sit extra id, cuius est hypostasis, firmum manere argumentum meum. Regerebat Amlingus me ostendere

stendere meam eloquentiam, qua se superari facile con-  
cedat. Ego verò replicabam: me non Rhetoricè agere,  
ideoq; nec eloquentia vti; sed Dialecticè disputare.  
Amlingus subticebat, post aliquod intervallum repe-  
tebam argumentum in concione maturina proposi-  
tum, cuius antea facta est mentio, & ostendebam sape-  
re Arrianismum, cum Antitrinitarii concedant Chri-  
stum eatenus esse Deum, quatenus ipsi in tempore o-  
mnia sint à patre data. Respondebat Amlingus, esse il-  
lum, qui concession habuerat, Tyronem, & posse ex  
aliis dictis melius astrui Omnipotentiam filii Dei con-  
tra Arrianos, quod & ipse non negabam. Interim cum  
asserebam ex illo dicto Matth. 11. *Omnia mihi data sunt, à  
patre, Christo secundum carnem esse communicatam*  
Omnipotentiam, id præcise negabat Amlingus, cui  
hunc Sylloplismum opponebam:

*Cuicunq; communicata est hypostasis filij Dei ei-  
etiam communicata est potentia Filij Dei, quia Omnis-  
potentia Filij Dei ab hypostasi ipsius realiter non dif-  
fert.*

*Atqui Carni Christi communicata est hypostasis  
Filij Dei: nam si non esset communicata, aut nullam  
aut propriam haberet hypostasin. Quorum utrumque  
absurdum.*

*E. Carni Christi communicata est etiam Omnipoten-  
tia ipsius.*

Respondebat confuse Amlingus, hinc sequi Eutychianismum, & destructionem humanæ Naturæ, Ego Mi-  
Respondebam, tum sequi ipsum, si statueremus Omni-  
poten <sup>gæ, est Dia-</sup>lecticè re-

*Spondere? potentiam subiectivè inesse carni Christi & carnem esse  
cur nil nisi subiectum omnipotentiæ, quod non facimus.*

*Philosophi Instabat Amlingus, nos ita velle elabi: quod nega-  
am, nil nisi bam petendo ut directè ad præmissas Syllogismorum  
Logicam responderet, vel ad Maiorem, vel ad Minorem, sed non  
pleno ore poteram impetrare, ibi Pastor Ballenstedensis ingemi-  
crepatis.  
Sophistarū posse argumentum concedi, si intelligatur de  
proprium unione. Ego respondebam, illos sic confundere uno-  
est, vt victi nus perperam obiecerint, nec vunionem intelligendam  
confugiant ad ambi- esse de nudâ combinatione, vel assistentia Naturarum.  
guitates sed ita declarandam, vt per eam verè caro subsistat in  
verborum. persona Filii Dei, eamq; habeat atq; ea personetur, sic  
Aliud uni- etiam per vunionem communicatain esse Omnipoten-  
tia, aliud tiam, vt per eam sit personaliter Omnipotens. Hic ille  
communi- conticebat.*

*catio & Amlingus interim meditatus fuerat de dicto Lom-  
donatio per bardi: Anima humana Christi non datum esse posse omnia ea face-  
& propter re, que Deus facit, ne Omnipotens & per hoc Deus pararetur. Re-  
unionem spondebam, dictum illud sobrie intelligendum esse, ni-  
facta. Ali- mirum Carnem Christi non eo modo esse Omnipoten-  
ud causa, tem, quo Deus, nec eo modo omnia posse facere, que  
aliud effe- Deus facit, alias sequi illum esse Deum, iam neminem  
ctus. Non tene- nostrum dicere carnem eo modo esse Omnipotentem,  
mur Auto- quo Deus. Deus est essentialiter, Caro personaliter Omnipotens.  
ritate Lom- Si aliter intelligatur, me non teneri autoritate Lom-  
bardi, nisi bardi, qui multos crassos foveat errores. Ingeminabat  
tu forsitan Amlingus dictum hoc esse Catholicum & ab omnibus  
eam tam receptum. Ego negabam, nisi in sensu dicto accipiatur,  
Magnifica- & petebam testimonium manifestum Scripturæ, me  
cias, vt pa- nolle ad Autoritatem hūmanam respondere.*

Replica.

Replicabat Amlingus me debere dictum ex Scri-  
ptura proferre, quo probem Omnipotentiam Dei car-  
ni Christi esse communicatam: mox ego repetebamus, quas  
prius dictum Matt. II. ca. Omnia mihi data sunt à Patre. Item misere se-  
dictum Matth. 28. Data est mihi omnis potestas in cælo & in duxisti &  
terra. in æternū

Accipiebam hoc responsum, loqui illa dicta de per-exitium ni-  
sona, non de carne: me igitur male argumentari à con-si resipiscat  
creto ad abstractum: quam responsonem hoc Syllogis-tecum præ-  
mo diluebam. cipitas re-  
ducere, &

Quæcunque Personæ Christi data sunt in tempore, Papa An-  
illa data sunt ei aut secundum humanam Naturam, aut baldinus  
secundum diuinam, aut secundum utramq; quartum non salutari  
datur. velis.

At qui secundum Deitatem ei in tempore nihil da-modū Gor-  
tum est. dium Am-

E. neq; secundum utramque sed secundum Naturam lingæ, &  
humanam. de reali  
idiomatum

Maior negari non potest: Minor constat, quia: communi-  
Quicunq; omnia habet ab æterno, illi in tempore ni- catione, nō  
bil potuit dari. vanè, vt  
antea Th.

At qui Cristus secundum Divinitatem omnia habuit sonice glo-  
ab æterno. riatus es,

E. In tempore ei secundum Divinitatem nihil potuit triumpha-  
dari. bis.

Hic Categoricam petebam responsonem ad syllo-gismi præmissas, Verùm quærebant aliud latibulum, dicentes Matth. 28. agi, non de Omnipotentia Dei, sed potestate officii, cum ibi legatur vox Ezra, quæ nullibi in toto novo Testamento significet Omnipotentiam.

Datam

Datam autem esse potestatem officii Christo secundum Divinitatem ratione missionis, & ratione officii. Ad quod ego respondebam, officio nihil dari, ideoq; adhuc sequi, quod ipsi Naturae divinae sit aliquid datum in tempore: at hoc esse falsum, cum Christus secundum divinitatem habuerit tam omnem potestatem quam omnem potentiam, nec fuisse opus ut vel novam potestatem vel novam potentiam propter officium acciperet, cum sufficerit ipsius omnipotentia æterna. Deinde monstrabam vocabula ~~Exstis~~ & ~~Divinis~~ promiscue surpari Luc. 9. ~~& Exstis~~ pillam de qua sermo est Matth. 28. declarari per ~~Divinis~~ ~~9. & 28.~~ Lucæ 22. & alibi. Præterea, quærebam, cum ad illa commemorata nihil responde-re poterat vtrum illa potestas officii sit creata vel non creata? Resp. absurdè Amlingus neque creatam neq; increatam sed officium esse. Ridebam ego hominem confundentem officium cum potestate officii, & rursus quærebam, utrum illud officium esset creatum vel non creatum? Resp. iterum absurdè neq; creatum neq; increatum, sed esse relatum accidentis, de quo cum simili modo quærebam, hærebat tandem me sophistam appellando. Ego vero dicebam: Amlinge putabam te esse meliorem Logicum, quam experior, qui non intelligis non dari inter terminos contradictentes tertium, qui absurdè audes dicere potestatem officii neque esse non creatam neq; creaturam cum tamen non detur tertium: petii autem ut omnes assidentes hanc absurditatem notarent, quod & factum: Nam Clarissimus Dn. Andreas Tallinger I. V. D. & Cancellarius Mansfeldicus admodum urgebat hīc Amlingum, vt diceret quid esset si neque creatum quid neq; increatum esset, verum responsione in extorquere non poterat.

Affide-

Assidebant & Pastor Quersurdensis Dn. Georgius Regebrandus, & civis quidam literatus Islebiensis aliiq; qui similiter de hoc absurdissimo Amlingi absurdo testabuntur. Hoc sic expedito repetebam quod in concione matutina fuerat motum de omnipræsentia carnis Christi & petebam mihi demonstrari, quis ex nostris Theologis scripsisset, corpus Christi esse in quovis hordeco, ligno, lapide, & impuris locis, quemadmodum pro concione fuerat dictum: respondebat esse Theologorum nostrorum voces; ego petebam vnum nominari, sed non potui impetrare. Tandem monui illos, ut idem concludant, de deitate quam in omnibus locis & vbiq; esse, ipsi etiam voce & scriptis non negent. Quod autem dictum fuerit Christum non potuisse progredi de loco in locum, si ipsius corpus fuisset omnipræsens: Respondebam hoc tum sequi, si corpus Christi statuatur subiectum omnipræsentiae, vel doceatur omnipræsentiam subiectivè inesse corporis Christi, quod non doceatur à nostris sed considerari omnipræsentiam corporis Christi in ipsius hypostasi, in qua & per quam subsistat nullibi ab eâ divisum. Cum nihil aliud occurreret, respondebat Amlingus nos singere tres essendi modos, Ego regessi quod injuriam faciat Luthero & omnibus nostris Theologis: Tres illos statuerem, non essendi sed alicubi essendi modos. Ut autem videret firmitatem nostræ præsentiae hunc promebam Syllogismum:

More sophistarum  
hic commisit elenchū plurium  
quæstionū.

*Vbicunq; est deitas filij Dei & non simul ipsius caro, ibi nulla est unio personalis, quia unio definitur non absentia, sed præsentia mutua naturarum: ubi*

C igitur

**N**igitur non est mutua naturarum præsentia, ibi nulla est  
unio.

**A**t iuxta vos Calvinianos deitas filij Dei est in ter-  
ris, in quibus non est caro ipsius: atq; sic in terris non est  
mutua naturarum præsentia.

**E**. iuxta vos Calvinianos in his terris nulla est vnio  
personalis quod absurdum.

Hic cum petebam directe & categorice ad Syllogismum responderi, incipiebat Amlingus germanice concionari, ego petebam iterum atq; iterum Syllogistice responderi, at ille pergebat in sua Germanicâ concione dicens, sed etiam Germanice posse syllogismum construere, quod tamen non faciebat: Germanicè autem loquebatur, quia putabat se reperisse non quod pueri in faba, ideoque ab omnibus assidentibus volebat intelligi. Hoc autem replicabat, corpus Christi in utero Mariæ fuisse à tempore conceptionis & quidem personaliter unitum, & tam enim non fuisse extra uterum Mariæ virginis, it enim uno loco natum passum, & tamen ibi mansisse salvam vnionem personalem. Hoc verò non erat directe respondere, ad meum syllogismum. Ut autem certus ordo observaretur, promittebam me illorum responsonem syllogistice formatum, quod placebat, erat autem hæc forma.

Si corpus Christi semper ubiq; fuit. E. ubique na-  
tum, ubique passum, ubique crucifixum &c. sed po-  
sterius est absurdum: Ergo & prius. Approbabant  
hunc Syllogismum.

Verum.

Verum monstrabam illius vitium negando connectionem maioris propositionis, propterea quod in ea non sit necessaria connexio antecedentis & consequentis idcirco committi fallaciam causæ, cum non valeat consequentia à præsentia ad actionem, nam non mox ubiq; agit vel patitur, quod ubiq; est. Et ut validius eos premerem, dabam hanc instantiam.

Si ὁ λόγος ubiq. E. ubiq. assūm̄it carnem & non solum in utero Mariæ virginis. Sed posterius absurdum, ergo & prius.

Item: Si Spiritus sanctus ubiq. E. ubiq. se revelavit in specie columbæ, & non solum ad Iordanem. Sed posterius est absurdum. Ergo & prius.

Applicabam: Quicquid essent mihi responsuri ad hos Syllogismos, idem me responsurum ad eorum syllogismum. Si illorum valeret & hos valere. Si hi non valerent, nec illorum valere. Præter spem & omnem opinionem ~~atque~~ respondebat Amlingus: esse argumentationem à disparatis. Ridebam rursus hominem obiciendo ei incitiam Logicæ, quam hactenus <sup>ca tua Am-</sup> falso obiecerit nostris: aiebam namq; valere argumentationem à disparatis, si conferantur in uno communī genere, vel communī aliquo accidente, quod infinitis exemplis possit ostendi, cum disparata inter se quidem differant, in genere verò & communibus accidentibus convenient. Deinde negabam hīc esse processum à disparatis; sed à genere ad speciem, seu à generaliori ad specialius. Et me mirari, quod non obiervet utrobiq; esse eundem medium terminum, nempe ubiq. esse tam in meo, quam in illorum syllogismo legitime & eadem modo dispositum, quomodo igitur non possit non sequi eodem modo conclusio?

C 2

Hic

~~Wer lebt  
Dich ist fort  
auch keine  
Diebische  
geberde füh.  
ren sagt man  
im Sprich.  
wort.~~

~~Quale in-  
ter Christū  
& Satanam  
quod ad san-  
titatem:  
talis inter  
Lutherum  
& Calvi-  
nū huiusq;  
discipulum~~

~~Amlingum.  
quo ad do-  
ctrinam est  
discrimen.~~

Hic cum Amlingus videbat se premi, more Sophistarum quærebatur effugium excandescens iam primum, quod illos Calvinianos appellabam quod toties iam factum erat: dicebat namque se esse Christianos non Calvinianos, utrumque esse virum Dei Lutherum & Calvinum, quod præcise negabam cum infinitis fere modis dissentiant à se invicem Lutherus & Calvinus. Pergebat Amlingus dicendo me adversari Paulo, qui i. Corint. 3. prohibebat diversas appellations à doctoribus Ecclesiæ desumptas. Ego respondebam. Paulum loqui de iis Ecclesiæ doctoribus qui consentiebant in religionem ut fuerunt Cephas, Apollo, Paulus &c. Lutherum verò & Calvinum dissidere. Paulum ideoq; inconvenienter allegari.

Deinde quærebam. cur Paulus in Actis Apostolorum se Phariseum appellebat, & non potius Christianum? Respondebat Amlingus, id factum, ut se à Saducæis, se iungeret. Recte inquiebam: Cum Christiani applicatio hodie sit ambigua, non malè sit ut distinguantur veri Christiani à falsis, quod quidam dicuntur Lutherani, quidam Calviniani, quidam Papistæ, quidam Anabaptistæ, qui tamen omnes Christiani nomine gaudent. Interim facile intelligitur, neminem idcirco vel Lutheranum vel Calvinianum appellari, quod vel in Calvinum, vel in Lutherum sit Baptizatus. Quærebam tandem quo iure nos appellitent Flaccianos, Vbiquitistas? sed silentium hac vice etiam erat responsio.

Post longum intervallum monebat me Amlingus proprio motu, ut hæc verba Athanasii perpenderem: λόγος non est colligatur ibi, sed potius in se continet corpus, adeò ut ibi esset & extra suum corpus esset &c.

Ego

Ego petiit ut librum & caput Athanasii nominaret: Respondebat, se non meminisse. Ego replicabam me Extra suum corpus non credere, quod hæc verba ita extent in Athanasio, sed potius me contrarium legisse in Athanasio, nimirum quod non sit extra corpus suum, me negare. *sic non existat: sed extra univ ersa, quod nemo negat, neq; nostræ sententiæ non res non teneri.* Atque hæc sunt quæ principaliter modo sunt bona fide consignata, quod testabuntur omnes qui adfuerunt Lutherani & Calviniani ad quorum testimonium & conscientiam provoco, certò sciens, quod nihil affingam Amlingo, quem antea virum doctum credidi, sed modo placere rudem.

F I N I S.





περὶ Φίλον

AD CLARISSIMVM ET  
DOCTISSIMVM VIRVM DN. M. AL-  
bertum Gravverum, & M. VVolfgangum  
Amlingum, collocutores.



Ic ne erat in fatis, ut terris dedita fama  
Ascanijs tua præfenti vilesceret & vo,  
AMLINGE? In Logicis qui nos vo-  
citare solebas  
Ante rudes, quid sint Contradicentia, ne-  
scis,

Quid Genus, oblitus, propriè Pugnantia quid sint.

Artis non Amlingus ERAT tam nescius ante,

Quæ docet ἀρθολομεῖν, atq; ἀντιλέγοντας ελεύχην:

Sed cur hic non gnarus ERAT, velut explicat ipse?

Bisne senes pueri, & rursum volvenda Philippi

Est doctrina boni, quò deinde Philippicus esse

Atq; manere queas? Rhodus hic, saltare memento.

Verùm, quantumvis Logicam concoxeris omnem,

Ah frustra fueris! nam, quod contraria stridet

Christo, ut ut adiutum prægnante sophismate plaudat,

In cinerem & tenues dissolvitur omne favillas.

At,

At, GRAVERE, animo vir præstantissime  
macte :

Qui Logices bellator ope & cœlestibus armis  
Profligas Lamios mentem cum corpore cludos.  
Perge bone; ipse DEVS siquidem satis arma ministrat;  
Atq; Lupum, in Christi qui adeò grassatur ovile,  
Horrendum cunctis, detractâ pelle, probato.  
Et quid ni possis? NOSCUNTUR AB VN.

GVE LEONES.

Salveto interea; tu v. Amlinge doleto.

M. Vincentius Corberus Cœlico-  
ronensis.



BB 4197

WDA

HT



G.R.211.20

N. 3

Q.K.  
211

